

PRÆLECTIONES ACADEMICAS  
PUBLICAS AC PRIVATAS

Per instans semestre aestiuum  
Deo benedicente habendas

ALMAE LUDOVICIANAE

**RECTOR**

IOANNES GEORGIUS  
**LIEBKNECHT.**

MATHEMATVM P. P. ET ORD.

indicit, & ad eas sedulò inuisendas Ge-  
nerosos ac Nobilissimos omnium Fa-  
cultatum Studiosos peramanter  
inuitat.

---

GISSAE - HASSORVM,

Typis VIDVAE IOH. REINH. VVLPH., Acad. Typogr.  
Aano MDCCXVII.

# INFACVLTATE THEOLOG.

## JOANNES CHRISTOPH. BIELEFELD,

Prof. Theol. Prim.

**P**ostquam in *Publicis* Lectionibus difficiliores textus Evangelii Joannis enodavit, nunc ad Acta Apostolorum progredietur, & methodo hactenus consueta, institutionem & Praxim homileticam simul junget. In *Privateis*, per duas horas singulis septimanis, ex *Historia Ecclesiastica* eam, quae *Reformationis negotium* concernit, tanquam utilissimam partem tractabit; reliquis tribus horis, pro voto nonnullorum, *Theologiam Biblicam*; in qua omnia credenda & agenda e Cardinalibus S. Scripturæ Dictis demonstrantur & probantur juxta ordinem totius cursus Theologici; inchoabit.

## IO. HENRICVS MAIVS,

S. Theol. D. & Prof. Ord.

**I**N Oeconomia sua Temporum explicanda absolvet, DEO dante, quae in Epistolis Paulinis atque Canonicis restant. Addet tamen eriam unum alterumue librum S. Ebraei Codicis; & cum Jubileum Ecclesiæ, quae a repurgatis per D. Lutherum sacris nomen habet, hoc anno passim celebrari cum aliqua solennitate soleat, Auditorum suorum animos excitare studebit ad aestimanda DEI munera, eaque saita & festa seruanda? Quo nomine vel repetitionem breuem instituet vniuersae salutaris doctrinae per Lutherum restitutae, vel prodromum eiusfister, publicis disputationibus; ut antiqua *Hesorum Fides Christiana & Vera*, contra quosuis malevolos obrectatores, ostendatur.

## JOH. BARTHOLOMÆUS RÜDIGER,

D. & Prof. Ord.

**D**EO sospitante, publicas in Celeberr. Dn. D. Buddei Theologiam moralē lectiones, hora III. pomerid. contiūbit: quæque ex private, de Statu Peccati & Gratia restant, insumento plures horas, thesice absolvet. Neque etiam polemica tractandi, si tempus, numerusq; Dnn. Auditorum concesserit, quantum si se erit, ullam occasionem prætermittet.

CHRIST.

# CHRISTOPH. LUDOV. Schwarzenay

Th. D. & Ordin. Professor.

Clem. annuente D. T. O. M. publicè præleget in insertam Theologico suo Cursui sacram Canonogiam; ast in ejusdem & theses & annexas quaestiones instituet priuatum Collegium: Item, si Thesiologia Fanaticis opponenda, systematicâ methodo quibusdam Exercitationibus exhibenda, nec non in singulis hebdomadis aut semel aut bis exponenday desideraretur, haud appetituriis aberit.

# IN FACULTATE JURIDICA,

BERNH. LUDOV. MOLLENBEC,

Censil. Hass. Darmst. Acad. Cancellarius & Prof. Primarius, Ius Publicum & Pandectas exponet, ac, quacunque alia ratione poterit, commoda Studiosæ Juventutis promovebit.

MELCH. DETHMARUS GROLMAN,

J. C. Consil. Hass. Darmstad. & Prof. Jur. Ord.

PUBLICE, præcipuos Const. Carol. Articulos explanabit, privatim Collegia quæ habet, continuabit, nova quoque, pro desiderio DD. Studiosorum aperiet.

# LUCAS GRAMZI

J. U. D. & P. P. nec non Judicii Aulici, quod est Marburgi, Assessor & Consiliarius.

PROXIMO semestri æstivo DEO volente in lectionibus publicis ea, quæ adhuc restant, absolvere conabitur, Privatum Collegium Pandectarum vel ad jus feudale offert, & in aliis noviter inchoandis desideriis Dñorum Commilitonum non deerit.

# IMMANUEL WEBER,

J. U. D. Consil. Hassiacus, Jurium Prof. P. Ord.

PUBLICE in Paræmiis Iuridicis explicandis perget. Privatum Institutionale Collegium novum aperiet, Iuris Natura Principia ex Pufendorfii Officiis tradet, & commodò tam Theologiae quam Juris Studiosorum Commentationi, ab se superiori anno editæ, de ea, quod iustum est circa Cognitiones in Nuptiis, ubiores explicaciones impendet.

**JOH. HENRICVS MOLLENBECIUS,**  
J. U. D. Prof. Extraord.

**I**N Publicis *Lectionibus* hora octava matutina in explicandis celebriortibus problematibus juris civilis secundum ordinem Digestorum progredietur & privatim vel *institutiones* praeleget, vel aliam juris partem interpretabitur, prout vota atque utilitas Dn. Studiosorum desideraverint.

**IN FACULTATE MEDICA.**

**JOH. CHRISTOPHORUS HERTIUS,**

Med. D. hujusq; Prof. & Archiater Hasso-Darmst. Primar.

**U**biotium aulicum ipsi permitret versari in Academia, non deerit, si quacunque ratione Philiatrorum conatus promovere poterit.

**JUSTUS FRIDERICUS DILLENIUS,**

Med. Doctor, ejusdemque P.P. Ord. & Coll. Med. Senior.

**C**Um ob temporis angustias & obstacula alia *Purgantium doctrinam* atque *nsrum Practicis* junioribus tam utilem quam cognitum necessarium hieme praeterita absolvere nequiverit, eandem doctrinam instanti semestri aestivo reassumet, ac *publicis Prelectionibus*, modò sedulos Auditores habuerit, bono cum DEO ad finem perducere studebit. In *privatis* autem voto ac desiderio Dnu. Philiatrorum satisfacere conabitur.

**D. MICH. BERNHARD. VALENTINI,**

*Archiat. Hasso-Darmstad. & P.P. Ord.*

**M**edicinam Nov.-antiquam, privatim hactenus expeditam, in *Lectionibus Publicis* æstiuis repetet & disputationibus circularibus ventilabit: *Privatum* Materiam Medicam & methodum prescribendi formulas tractaturus.

**D. JOH. CASIMIR. HERTIUS, P.P.O.**

**I**N horto denuò versabitur, id publicè hora postmer. III. a turus ut planitarum & maximè quidem usualium vites exponat. *Privatum* ad Chirurgiam progredietur, postquam ea, quæ ex anatomia praesentenda erant, ad finem perduxit,

JO.

D. IO. MELCHIOR VERDRIES,  
*Med. PP. Extraord.*

**P**ublice, hor. I. pomerid. absolutis iis, quæ in *Methodo medendi* adhuc exponenda supersunt, *Dieteticam* præleget. Privatim Institutiones explanabit & ad veram *Theoriam Medicam Nobiliiss.* Dn. Dn. Commilitones fideliter manuducet. Nec, si Praxin speciem, vel doctrinam de *Compositione medicamentorum extempore* tanea exponi sibi desideraverint, votis ipsorum non occurret.

JOH. THOMAS HENSING,  
*Med. D. & Prof. Extraordin.*

**H**Orarum publicarum matutinam VIII. Historiæ ac Theoriæ Artis Chymicæ consecrabit. Privatim vero ejus Praxin, ad Normam, quam Programmate Germanico, publicæ luci exposuit, solidè demonstrare conabitur. Præterea Medicinæ Cursum, nuper cœptum, continuare & Physiologiâ, ad finem, bono cum DEO, perductâ, Pathologicam Doctrinam, è genuinis fontibus haustam, tradere, statutum cum animo ac deliberatum habet.

IN FACULTATE PHILOSO-  
PHICA,

MICH. BERNHARDUS VALENTINI,  
*Philosophiae Experimentalis P.P.O.*

**E**xpeditis iis quæ in *Historia Animalium Anatomica* adhuc restant, in *Lectionibus publicis* anatomia plantarum, juxta methodum Malpighii docebit. Privatim in Collegio Experimentali Curioso Armamentarium suum artis & naturæ explicabit novisque machinis omnia demonstrabit.

JOH. HENRICUS MÖLLENBECKIUS,  
J. U. Doct. & Prof. Civil. Ordin.

**L**ectionibus publicis specimen prudentiae analyticæ proponet, atq; è diuersis Reip. Romano-Germanicæ innovationibus præcepta prudentiae civilis genuina eruendi, methodum ostendet. *Privatum explicatorium* habebit & addet, *de ratione Status Collegium*, aut etiam præparatoriorum sive introductoriorum in notitiam juris publici magno Dn. Studiosorum emolumento, prout DEUS Optimus Maximus eorum vota diriget, atque laboribus benedicet.

IMMANUEL WEBER,

J. U. D. Historiarum Prof. Publ. Ordin.

**P**ublice Paræmias Historicas recensabit. *Privatum* continuabit Praelectiones ad Libellum der Deutsch-Europäischen Staats-Historie; præterea tam in Juridicis, quam in Historicis studiis ad desideria Dnn. Auditorum se accommodaturus.

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,

Eloq. & Poët. Prof. Ord. Acad. Biblioth. Praefectus.

**D**iebus Luiae & Martis ex Orationibus Ciuilibus, quas celeb. Cellarius post editionem Batauiam & Lipsiensem recognouit, selectiores Liuii; diebus vere Louis & Veneris Eobani Hessi de caussa Lutheri Elegias septem in usus eloquentiae ligatae hora matutina VIII. publice interpretabitur. Quin etiam dabit operam, ut qui per complures annos non patuit, secundum statuta Mercurii diebus ad publicam Bibliothecam aditus aperiatur. *Privatum* iterum instituet expetitum Collegium stili epistolicum & oratorium practicum, curaturus, ut orationes, quas in illo non paucas elaborant, publice quoque recitent eloquentiae cultores, quorum desideriis muneris sui partibus in omnibus DEO fauente diligenter & fideliter aderit.

## IO. GEORG. LIEBKNECHT,

Mathematum Prof. P. &amp; Ord.

72

**I**N quantum Rectoratus negotia permettent Geographiam suam generalem explicabit ; priuatim vero vel quoad omnes theses scicutias ab initio inchoandas , vel quoad unam alteram partem , sigillatim cognoscendam , sese Dn. Auditorum votis ac desideriis promptum & paratum exhibebit.

## IO. HENRICVS MAIVS, F.

Antiquitatum &amp; Linguae Graecae , Orientaliumque P. P.

**P**ublice , aut Noui Testamenti , feliciter inuper absoluti , expositionem denuo adgredietur , aut alium quemuis scriptorem Graecum , siue sacrum , siue profanum , interpretabitur . *Priuatin* Syriacam linguam cum Samaritanâ instillabit , atque hiuc ad reliquas , quae supersunt , progredietur . Antiquitates etiam vel Romanas , vel Ebraicas , prout libitum auditoribus fuerit , exponet . Doçet publice hora III.

## D. IO. MELCHIOR VERDRIES,

*Phil. Natural. P. P. Ordinar.*

**P**ublice hora I. ponendis . Vsum Philosophiae Naturalis latius vndique per omnes disciplinas se diffundentem commemorabit . *Priuatin* in Institutionibus Physicis , quas nuper denuo explicare & illustrare coepit , sedulo perget . Nec deerit , si Nobiliss. Dn. Dn. Commilitones , pectiliaria , selecta quaedam praestantissimae huius scientiae capita accuratius euolui sibi ac dilucidius expediri , aut Disputationibus , siue publicis siue priuatis , exerceri voluerint .

## JOANNES GOTTERIDUS MEIER,

*J. U. D. Ph. Pr. P. P. O.*

**U**bi cum iis , quae ex doctrina Morali , explicanda supersunt , ad finem fuerit ventum , per reliquum instantis , æstivi semestris spatium , **GEORGICA** animi , discursibus publicis , hora II. illustra-

bis.

bit. *Privatum vero COLLEGIUM ETHICUM hora X.* nec non  
aliud in JURISPR. UNIVERSALEM hor. III. aperiet, itidemque  
finito quod singulis Mercurii & Sabbathi diebus horis X. & XI. ha-  
tur, **COLLEGIO DISPUTATORIO IN JUS NATVRÆ**, il-  
lud denū auspiciabitur, singulaque quantum in se est, hoc seme-  
stri ad finem perducere laborebit, de cetero, honestis Dnn. Com-  
militonum desideriis, quoctunque poterit modo, velificaturus.

## JOH. CONRADUS ARNOLDI,

Logicæ & Metaphysicæ Prof. Ordin.

**L**Edionum publicarum B.c.D. exordium facturus, Historiam Phi-  
losophiæ pertexet, eiusque fata per ætates digesta, prisca cum no-  
uis conferendo, enarrabit. Privatas vero Lectiones ad Cursum Ta-  
bellarum Rudrauffianarum accommodabit, & inutilibus atque otio-  
sis in *Prima & Organica Philosophia* quæstionibus rescissis, cetera  
Præcepta usui in superioribus Disciplinis necessario tribuantur & ap-  
plicantur, eaque opera desiderio ac diligentia Nobilissimorum cuius-  
cunque Facultatis Dnn. Studiosorum commode inserviatur.

